

Saints Simon et Jude, *apôtres*

Mardi 28 octobre 2025

● 2ème classe

INTROÏT *Psaume 138, 17*

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus : nimis confortatus est principatus eorum. **Ps. 138** Domine, probasti me et cognovisti me : tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam. **V.** Gloria Patri.

Je le vois, ô Dieu, vos amis sont comblés d'honneur, leur puissance a été pleinement affermie. **Ps. 138** Vous m'avez éprouvé, Seigneur, et vous m'avez connu ; vous avez connu le temps de mon repos et de mon lever. **V.** Gloire...

COLLECTE

Deus, qui nos per beatos Apóstolos tuos Simónem et Iudam ad agnitionem tui nóminis venire tribuisti : da nobis eorum glóriam sempitérnam et proficiendo celebrare, et celebrando proficere. Per Dóminum.

Ô Dieu, qui nous avez amenés à la connaissance de votre nom par vos bienheureux apôtres Simon et Jude ; accordez-nous de célébrer par nos progrès leur éternelle gloire et de progresser en la célébrant. Par...

ÉPÎTRE *de saint Paul aux Éphésiens 4, 7-13*

Fratres : Unicuïque nostrum data est grátia secúndum mensúram donatiónis Christi. Propter quod dicit : Ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem : dedit dona homínibus. Quod autem ascéndit, quid est, nisi quia et descéndit primum in inferiós partes terræ ? Qui descéndit, ipse est et qui ascéndit super omnes cælos, ut impléret ómnia.

Et ipse dedit quosdam quidem apóstolos, quosdam autem prophétas, álios vero evangelístas, álios autem pastóres et doctóres, ad consummationem sanctórum in opus ministérii, in ædificatióem córporis Christi : donec occurrámus omnes in unitátem fidei, et agnitiónis Fílii Dei, in virum perféctum, in mensúram ætátis plenitúdinis Christi.

Mes frères, à chacun de nous la grâce a été donnée selon qu'il a plu au Christ de la lui dispenser. C'est pourquoi il est dit : *Il est monté vers les hauteurs. Il a emmené une troupe de captifs. Il a fait des largesses aux hommes.* Il est monté : qu'est-ce à dire, sinon qu'il était descendu au préalable dans les basses régions de cette terre ? Celui qui était descendu, c'est lui même qui est monté au-dessus de tous les cieus pour tout remplir.

C'est lui qui a fait les uns apôtres, d'autres, prophètes, d'autres, évangélistes, d'autres, pasteurs et docteurs, pour disposer les saints en vue de l'œuvre du ministère, pour l'édification du corps du Christ, jusqu'à ce que nous soyons tous parvenus à l'unité de la foi et de la pleine connaissance du Fils de Dieu, à l'état d'homme parfait, pour atteindre la mesure de la plénitude du Christ.

GRADUEL *Psaume 44, 17-18*

Constitues eos príncipes super omnem terram : memores erunt nóminis tui. Dómine. *Ÿ*. Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : proptérea pópuli confítebúntur tibi.

Vous les établirez chefs sur toute la terre : ils se souviendront de votre nom. *Ÿ*. Pour remplacer vos pères, il vous naîtra des fils ; c'est pour cela que les peuples vous loueront.

ALLÉLUIA *Psaume 138, 17*

Allélúia, allélúia. *Ÿ*. Nimis honoráti sunt amíci tui, Deus : nimis confortátus est principátus eórum. Allélúia.

Allélúia, allélúia. *Ÿ*. Ô Dieu, vos amis sont comblés d'honneur, leur puissance a été pleinement affermie. Allélúia.

+ ÉVANGILE *selon saint Jean 15, 17-25*

In illo tēpore : Dixit Iesus discipulis suis : Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. Si mundus vos odit : scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret ; quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis : Non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persecuntur : si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt. Sed hæc omnia faciunt vobis propter nomen meum : quia nesciunt eum, qui misit me. Si non venissent et locutus fuisset eis, peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit : et Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent : nunc autem et viderunt et oderunt et me et Patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est : Quia odio habuerunt me gratis.

OFFERTOIRE *Psaume 18, 5*

In omnem terram exivit sonus eorum : et in fines orbis terræ verba eorum.

SECRÈTE

Gloriam, Domine, sanctorum Apostolorum tuorum Simonis et Iudæ perpetuam venerantes : quæsumus ; ut eam, sacris mysteriis expiati, dignius celebremus. Per Dominum.

PRÉFACE DES APÔTRES

En ce temps-là, Jésus dit à ses disciples : « Ce que je vous commande, c'est de vous aimer les uns les autres. Si le monde vous hait, sachez qu'il m'a haï avant vous. Si vous étiez du monde, le monde aimerait ce qui est à lui ; mais parce que vous n'êtes pas du monde, et qu'en vous choisissant je vous ai retirés du monde, le monde vous hait.

« Souvenez-vous de la parole que je vous ai dite : "Le serviteur n'est pas plus grand que le maître." S'ils m'ont persécuté, ils vous persécuteront, vous aussi ; s'ils ont gardé ma parole, ils garderont aussi la vôtre. Mais ils vous feront toutes ces choses à cause de mon nom, parce qu'ils ne connaissent pas celui qui m'a envoyé. Si je n'étais pas venu et que je ne leur eusse point parlé, ils n'auraient pas péché ; mais maintenant ils n'ont pas d'excuse à leur péché. Celui qui me hait, hait aussi mon Père. Si je n'avais fait parmi eux des œuvres que nul autre n'a faites, ils n'auraient pas péché ; mais maintenant ils les ont vues, et ils m'ont haï, moi et mon Père, afin que s'accomplisse la parole qui est écrite dans leur loi : *Ils m'ont haï sans raison.* »

Leur voix a retenti par toute la terre et leurs paroles jusqu'aux extrémités du monde.

Vénération l'éternelle gloire de vos saints apôtres Simon et Jude, nous vous prions, Seigneur, de nous purifier par ces mystères sacrés, afin que nous la célébrions plus dignement. Par...

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, Te, Dómine, suppliciter exorare, ut gregem tuum Pastor ætérne non déseras : Sed per beátos Apóstolos tuos continúa protectióne custódias : Ut íisdem rectóribus gubernétur, quos óperis tui vicários eidem contulísti præesse pastóres. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militía cæléstis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes...

COMMUNION *Matthieu 19, 28*

Vos, qui secúti estis me, sedébitis super sedes, iudicántes duódecim tribus Israël.

POSTCOMMUNION

Percéptis, Dómine, sacraméntis, suppliciter exorámus : ut, intercedéntibus beátis Apóstolis tuis Simóne et Iuda, quæ pro illórum veneránda gérimus passióne, nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum.

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous supplier humblement, Seigneur, Pasteur éternel, de ne pas abandonner votre troupeau ; mais, par vos bienheureux apôtres, de le garder sous une continuelle protection, afin qu'il soit gouverné par les mêmes chefs que vous avez mis à sa tête comme pasteurs pour continuer votre œuvre.

C'est pourquoi, avec les Anges et les Archanges, avec les Trônes et les Dominations, avec toute la milice de l'armée céleste, nous chantons l'hymne de votre gloire, disant sans cesse...

Vous qui m'avez suivi, vous siégerez sur des trônes, et vous jugerez les douze tribus d'Israël.

Après avoir reçu vos sacrements, nous vous en supplions humblement, Seigneur : que par l'intercession de vos bienheureux apôtres Simon et Jude, les vénérables mystères que nous célébrons pour honorer leur martyre servent à notre guérison. Par...